40 Paw. nie zna Jaszczkowo, k. Płocka? I
pow. płoc., wierzbk.
(jedyne podobne: Jaszczułtowice, ale za daleko Płoc/Mirzewo Mur/)

Jaszkowo (1322)

Nos Wenceslaus dux Mazovie et dominus Plocensis prospicientes utilitatem seu melioracionem terre et civitatis Ploc., villas seu hereditates, que ad nostrum ducatum pertinebant scilicet: Tchorz, Lagevnyky, Seprcz, Zoravyno, Smyldczonovo, Kysselevo, Borkovo cum ea sorte Samrowo dicta, quam Cristinus Pru-

Kod. Dypl. Ks. Maz., s. 44-46, nr LVII

tenus ad se pertinere dicebat, predicta omnia permutamus cum venerabili Floriano episcopo Ploc. cum consensu capituli Ploc. pro censu 60 marc., qui de Plocensi civitate ad usum 12 canonicorum et pro luminibus prefate ecclesie Ploc. proveniebat annuatim et pro agris sive villis ecclesie Ploc., videlicet pro villa Mijstrewo, que spectabat ad scolastriam Ploc. cum decima, pro dimidia villa Jaszkowo, que pertinebat ad mensam episcopalem, eciam cum decima; item pro villa apud s. Martinum

(c.d.)

40 Paw. nie zna

Jaszkowo (c. d.) II (1322)

capituli Ploc. sine decima, que rectori ecclesie s. Martini eiusdem ville est ascripta; et pro sorte terre [Niegłosy] Negloz, que sors et decima ipsius sortis ad eccl. s. Martini pertinet, in qua obtinebimus ius patronatus. Ipsis siquidem villis sitis iuxta civitatem Plocensem, protendentibus se in suis limitibus a civitate eadem prout rivulus, qui Breznycza vulgariter nuncupatur decurrit

Kod. Dypl. Ks. Maz., s. 44-46, nr LVII

in Vyslam, ascendendo per rivulum eundem ad ecclesiam s. Martini ibidem et ulterius procedendo usque ad sortem Negloz predictam. Et a sorte eadem ad medium rivulum, qui dicitur Jaszkownijcza, ubi granicies sunt designate. Et a medio Jaszkonycze a gade ibidem posita ad quendam magnum lapidem per viam magnam versus civitatem se protendentem ad paludem ducis. Et per paludem in longum per monticulos arenosos, donec ad piscinam ducis et deinceps per rivulum quendam in

(c. d.)

40 Paw. nie zna III

Jaszkowo (c. d.) (1322)

fluvium Wyslam defluentem. Et predicta omnia infra limites constituta ad nos cum decimis pertinebunt nec non et pro iure patronatus, quod dicta eccl. Ploc. in pretaxata ecclesia s. Martini in presentandis ad ipsam rectoribus obtinebat, excepto iure patronatus eccl. ss. Phylippi et Jacobi apostolorum una area et orto iuxta suburbio excepto, inter civitatem

Kod. Dypl. Ks. Maz., s. 44-46, nr LVII

et castrum Ploc., infra fossata ibidem constituto prout eadem fossata se in Wislam extendunt. In quo suburbio homines inhabitantes in areis canonicorum vel eciam in domibus eorundem, quidcunque in ortis ipsorum creverit seu provenire potuerit vel quecunque animalia nutriuerint vel habuerint et alias res minutas possint vendere libere in civitate Ploc. pro usibus eorundem. Ita tamen, quod tabernatores, pistores, sutores, fabri pellifices et pannicide non erunt ibidem, (c.d)

40 Pow. mie zna IV

Jaszkowo (c. d.) (1322)

nec aliqua artificia mechanica exercebunt, et nichilominus dicti homines in prefato suburbio commorantes peccora sua absque contradiccione qualibet in pascuis et cum peccoribus civitatis poterunt coniunctim pascere vel divisim. Quas siquidem nostras supradictas villas episcopo

Kod. dypl. Ks. Maz., s. 44-46, nr LVII

et ecclesie Ploc. pro prefa-
tis censu, agris sive villis et a-
liis, prout superius exprimuntur,
permutacionis titulo tradidimus,
dedimus etc. Insuper admisimus
episcopo Ploc. seu suis succesori-
bus nomine dicte eccl. Ploc. in vi-
lla sive loco predicto Seprez cas-
trum et civitatem muniri ac
firmare et ipsum castrum ac
civitatem necnon omnes villas

(c. d.)

https://rcin.org.pl/

40 Paw. nie zna

V

Jaszkowo (c. d.) (1322)

supradictas locare iure Srodensi sive novifori.

Actum in Gambino.

Kod. Dypl. Ks. Maz., s. 44-46, nr LVII

https://rcin.org.pl/